

OFFICIA PROPRIA
ADMINISTRATURÆ APOSTOLICÆ
PRO
BURGENLAND
PARS AUTUMNALIS

Die 2 Septembris

S. Stephani

Regis, Confessoris

Duplex majus

Omnia ut in Breviario, mutato
ritu.

Die 12 Octobris

In Ecclesiis consecratis territorii
Burgenland

In Anniversario

Dedicat. Ecclesiarum

Duplex I classis cum Octava
communi

Omnia ut in Breviario de Com-
muni Dedicationis Ecclesiae.

In II Vesperis fit Commemora-
tio sequentis et S. Eduardi Regis,
Conf., ut infra.

Die 13 Octobris

S. Colomanni

Martyris

Duplex majus

V. Glória et honóre coro-
násti eum, Dómine. R. Et
constituísti eum super ópera
mánuum tuárum.

Ad Magnif. Ant. Iste Sanc-
tus * pro lege Dei sui certávit

Propr. Burgenl. P. Autum.

usque ad mortem, et a verbis
impiórum non tímuit; fundá-
tus enim erat supra firmam
petram.

Oratio

Præsta, quæsumus, omni-
potens Deus, ut, inter-
cedente beáto Colomân-
no Mártire tuo, et a cunctis
adversitatibus liberémur in
córpoze, et a pravis cogitati-
onibus mundémur in mente.
Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Eduar-
di Regis, Conf.:

Ant. Similábo eum viro sa-
piénti, qui ædificávit domum
suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et
ornávit eum. R. Stolum gló-
riæ induit eum.

Oratio

Deus, qui beátum regen-
Eduárdum, Confessóre
tuum, æternitátis glória c
ronásti: fac nos, quæsum
ita eum venerári in terris,
cum eo regnâre possimus
cælis. Per Dóminum nostrum

Lectio v

Quotidiānæ fratris vexatiō-
ni crebra ipse jejūnia, fla-
gella, aliósque insōntis cor-
púsculi cruciātus adjiciens,
lethālem in morbum incidit.
Quo ingravescente, cum dæ-
monem horrēdi canis spēcie
insiliētem signo crucis ter
fugasset, sacrum Viaticum,
quod in hærética domo de-
cumbens frustra ab homini-
bus petēbat, ab Angelis ac-
cepit. Mox ad pūeri Jesu
complēxum a beatissima ejus
Matre cōmiter admissus, ac
Societāti jussus nomen dare,
súbito conváluit. Sed cum
áditum ad illam patris timor
in Germánia præclúderet,
peregríni hábitu, solus, pe-
des, mendicus fugam árripit,
certus non sístere, nisi voti
compos fiat. Iter non uno
Dei beneficio prósperum fuit.
Nam præter ália, Pauli pró-
fugum fratrem jam assequen-
tis equi, immisso divínitus
torpóre, constitérunt; et
Stanisláus Angelórum pane
íterum angélico ministério
reféctus, post duodécies cen-
téna pássuum míllia, tandem
Romæ in Societátem Jesu a
sancto Francíscō Bórgia ge-
neráli præpósito méruit coop-
tári.

R. Amávit eum Dóminus,
et ornávit eum: stolam gló-
riæ índuit eum, * Et ad por-
tas paradísi coronávit eum.

V. Índuit eum Dóminus lo-
ricam fidei, et ornávit eum.
Et.

Lectio vi

Tirónis eméríti virtútes in
religiósæ vitæ palæstra
splendídius eluxére; cāritas
præsértim erga Deum, in
quem assidue alienáta a sēn-
sibus mente rapiebátur. Inde
illi fácies semper accēsa,
nonnūquam rádians, perén-
nes lácrimæ; ardor pēctoris
tantus, ut média quoque hie-
me foret ingesta idéntidem
gélida temperándus. Itaque
amóre vérius quam feбри
æstuans, die assúptæ in
cælum Vírgini sacro, ad ejus
triumphálem pompam pró-
pius, ut optáverat, spectán-
dam, ab ipsa beatárum Vír-
ginum choro stipáta vocátus
est ex Quirináli domo pro-
batiónis, anno innocéntis vi-
tæ décimo octávo, óperum
plénior quam diérum. Multis
post óbitum miráculis in sua
præsértim Polónia enítuit;
cujus armis contra formidá-
biles Turcárum exercitus
spectábilis e cælo ádfuit non
semel, et civitátes álias pe-
ste, álias incéndio liberávit.
Quam ob rem Clemens déci-
mus eum inter primários to-
tius regni Patrónos constí-
tuit; Benedíctus vero déci-
mus tértius (quod a Clemēte
undécimo jamprídem fúerat
decrétum) in Sanctórum nú-
merum réttulit.

R. Iste homo perfécit óm-
nia quæ locútus est ei Deus,
et dixit ad eum: Ingrédere in
réquiem meam: * Quia te
vidi justum coram me ex óm-